

ne, & interrogare diligenter de puero. Matth. 2. 8. Gloffa hic: Herodes devotionem promittit, sed gladium acuit: malitiam depingens colore humilitatis, finxit se vultu, & verbis, adorare eum, quem invida mente cogitabat occidere. Eccl. 19. 23. est, qui nequiter humiliat, se, & interiora ejus plena sunt dolo.

Chim invenieritis, renuntiate mihi. ib. Sacrificare cupit; sed infantem, non infantem. Unam advocat hypocrisis Herodes, ut Christum occidat; rarus reliquorum scelerum futurum irritum apparatus. Oliva fer. 4. Dom. 3. Quadr.

Esperit nobis, ut natus moriatur homo pro populo. Joan. 11. 50. Cajet. palliatum iudicium specie communis boni praeponendi bono particulari, nulla facta mentione de iustitia, deque innocentia. Nihil iniquius, nihil lethale magis Reipublicae, aut communi bono, quod simulat quam sub praetextu, aut simulatione iustitiae, uti potestate ad affectus animi explendos: sicut Caiphas boni praetextu usus potestate ad Christum de medio tollendum, propter invidiam propriae saevitatem. Efcobar t. 2. Perf. Chr. l. 9. c. 2. obf. 5.

Aliorum.

Abste a te Domine: non erit tibi hoc. Matth. 16. 22. S. Chrysof. hom. de negat. Petri: ut Ierosolymam non ascenderet, orabat: quod Iudaeorum minas non ferret. Misericordiam larva ignaviae suam textit: benevolentiam simulavit esse; quod timor erat. Et ita benefactori suo tum praesentibus fauisset, & officii partes explevisse, putavit: cum suum metum telavit. Didacus Nyssenus Pol. eccl. p. 1. l. 8. c. 8.

Quid facitis, quod non licet in Sabbatis? Luc. 6. 3. Hi pharisaei sub furore, & zelo observantiae legis, suam tegunt malitiam, & invidiam. Stella hic.

Rogo te Pater Abraham, ut mittas eum in domum patris mei. Luc. 26. 27. Semel pro se, bis pro fratribus, supplicat patres, non tam gravi flammaram incendio, quam zelo aliena salutis auri. Sed audi Cajetanum: non proveniunt istae preces ex bono affectu ad salutem fratrum. Quoniam damnati habent voluntatem firmatam ad malum; sed proveniunt ex affectu superbiae. Videbat enim divites multos salvari; & propterea appetebat suos fratres evadere miseriam: ut vel sic in suis fratribus exaltetur. Naxera in Jos. 4. 8. 24.

Saule, Saul, quid me persequeris? Act. 9. 4. Nonne alii quoque tunc Christum persequerentur? inquit Chrysof. non; cur ego tota in Saulum congeritur injuria? quasi is unis, lolsuque, Christum petat? Respondet Chrysof. medio zelo vehetur, nondum satiatus caede Stephani. q. d. quod Christus suas, fororumque injurias, praecipue in Saulum referrebat, causa erat; quia ille zelo virtutis, ut videbatur, ad inferendum exitum virtuti, invehabatur; hoc vero est, quod Christum aegre habebat. Did. Nyss. fer. 2. D. Palm. 5. 5.

Cum mala sit omnis malignitas, pessima tamen est hujusmodi mala species; quae sub specie sanctitatis suae exercet injurias; saepe enim quando facit in proximum ex vitio iracundiae, vel veneno invidiae, fingit sibi cogitatione, quod faciat illud pro zelo iustitiae. Richardus a S. Vid. in Pl. 25.

Reverentes scrupulosi in parvis, non verò magnis.

Vide tomo 1. C. tit. 27. Scientia §. 4.

§. XIII.

Miscellanea.

Veneruntque duo Angeli Sodamam vesperare. Gen. 19. 1. Ipsum tempus, vel hora, visitationis tristissima; peccatorum causa congruit. Abraham meridie visitatus est. Kupertus l. 6. c. 6. in Gen.

Non resurgunt impij in iudicio. Pl. 1. 5. Non dixit, non resurgent impij, sed in iudicio non resurgent; verum in condemnationem: neque enim redargutionibus indigent, cum eorum impietas manifesta sit; sed supplicium solum expectant. Quemadmodum enim homicidas in flagranti crimine captos, non ut redarguantur, iudices in iudicio trahunt; sed ut sententiam legis congruentem contra illos pronuntient; eodem modo etiam, qui impietati assueverunt, statim post resurrectionem poenam sustinent; non in iudicio adducti, sed ut iudicii sententiam accipiant. B. Theodoretus hic, dicitur, qui operati sunt: quia tantum in iudicio damnabuntur, qui usque ad finem vitae suae crimine senescendo commaculant. Cassiodorus hic.

Tu dicitur, quando in aliqua fueris calmitate, ne dicas: Deus mei oblitus est; sed quando fueris in peccatis, & omnia tibi feliciter succedant. S. Chrysof. in Pl. 12.

Innumeros dies desunt homines familiarium obitus, pecu-

niam damaum: quod autem animam singulis diebus amittamus, ne cogitamus quidem. Idem hom. 8. in 1. Corinth. 2.

TITULUS XV.

PECCATUM.

§. I.

Symbola.

NE unquam obdormiam in morte. Pl. 12. 4. id est, in peccato. Dormit in morte, id est, peccato, qui frequenter labitur, & frequenter resurgit. Dormit, qui, cum ceciderit, non resurgit. Obdormit oblitusque, qui peccatum suum defendit; nec de facili excitatur. Haec tria notatur Eccl. 43. 22. frigidus veniens Aquilo flavus, & gelavit crystallus ab aqua. Aqua dormitionem, quod dormitionem, crystallus obdormitionem, significat. Haec est triplex mors, scilicet delectationis, consuetudinis, oblationis; quae notatur Th. 3. 53. lapsa est in lacum vita mea; & poluerunt lapidem super me. In lapsu notatur delectatio, in lacu consuetudo, in lapide oblationis. Hugo Card. hic.

Eti in curulis, & hi in equis. Pl. 19. 8. Currus malus superbia. Ex. 15. 4. Currus Pharaonis. Equi: divitiae, nobilitas. Ira Nahum 2. 3. ignea habent curas. Equi rixa, contumelia, avaritia. Iudic. 1. 19. falcatis curibus abundabant. Equi amor parentum, ambitio dignitatum, Luxuria. Jos. 11. 9. curruque comulsi igni. Equi ventris ingluvies, vestis molities. Hugo Card. hic.

Cruentus (Vulgata fuscus) peccatorum sanctorum unusquisque constringitur. P. rov. 5. 22. Capilli pro vitiis accipiuntur. S. Ildorus de offic. Eccl. 1. c. 16.

Manna vestra sanguine plena sunt. Il. 1. 15. Sanguine, id est, sceleribus. Sanguis in Prophetis est Symbolum peccati, ut patet v. 18. Et Ol. 4. 2. Sanguis sanguinem testis. Ubi S. Greg. mor. l. 13. c. 3. sanguis sanguinem tangit, cum culpa culpam cumulataverit. Tum quia sanguinis effusio, seu homicidium, gravissimum est peccatum; tum quia sanguis ejus Judaeis erat vetitus, & detestabilis. Levit. 7. 27. Cornelius hic.

Ego ego toram vobis vitam vitam, & vitam mortis. Jer. 21. 8. Tropologicè vita est studium virtutis, & legis Dei; via mortis est peccatum, ac legis, & voluntatis Dei, praevaricatio. Utramque Concionator saepe populo ob oculos ponat: ut, cum multi sint vocati, pauci electi; cumque multi ingrediantur vitam mortis; quique amans salutis suae fatagat cum paucis vigare de incendio Sodomae, & salvare animam suam; ut per viam vitae ad vitam aeternam evadat. Cornelius hic.

Opposui nubem tibi. Thren. 3. 44. Peccata vocantur nubes 1. quia sunt quasi atri vapores ascendentes ex pravo corde, quasi ex paluiti terra. 2. quia solis, id est Dei, aspectum, & gratiam adimunt. 3. quia, sicut ex nubibus grandines, tonitrua, & fulmina procedunt; ita ex peccatis profluit, ira & poena Dei. 4. quia sicut nubes displicunt caelum a terra; ita peccata separant hominem a Deo, caelo, & Angelis. Cornelius hic.

S. August. l. 15. de Verb. D. secundum Matth. & S. Gregor. mor. l. 32. c. 12. docent: Unde in esse Symbolum peccati: quia hic numerus unitate transgreditur Denarium legis divinae. Cornelius in Matth. 48. 22.

Pannos, quibus Christus in praesepi obvolutus fuit, fuisse peccata carnis nostrae, ait S. Chrysof. hom. de Nat. S. Joan. in loca quadam S. Luc. 7.

Binaris, quia secundus est, & primus ab unitate recedit, Peccatum significat, quo à primo bono deviatum est. Richardus a S. Vid. tr. Exposit. l. 2. c. 5.

§. II.

Peccatum fuge, quia illud Deus infinite odit; quod cognoscitur.

Num. I.

Ex parvis.

Post dies septem ego pluviam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Gen. 7. 4. Quid in hoc (diluvio) maxime intendit Deus? hoc scilicet: ut scirent ventura saecula; quantum ille peccatis advensetur. Rupertus l. 9. cap. 16. in Gen.

Nihil posset cogitari, quin Deus fecerit propter odium peccati: ipse enim propter peccatum fere dissipavit omnia opera sua, scilicet totum Mundum per diluvium. Alii reges, & potentes, in praedictum, odiumque suorum inimicorum, depopulant terras eorum: Deus autem dissipavit terram propriam: quia peccatum intraverat terram suam. S. Bonaventura l. diat. fat. c. 1.

Iustitia, & ira Dei, est causa omnium ferè bonorum, quae sunt in Mundo: si enim non esset vindicta peccatorum,

rum; pauci prestantes se dignos caelo. Primum opus divinae iustitiae, strages Angelorum; nulla habita ratione multitudinis; pulchritudinis, excellentiae; boni; quod ex eorum salute proveniret; visionis beatae, amoris, laudis perpetuae: malorum, quae sciebat ex damnatione eventura, aeternas blasphemias, lapsum humani generis. Poterat omnia mala ista praecavere, & omnia supra dicta bona salvare; si vel unius horae spatium ad poenitentiam illis concessisset. Sed tam vehemens, & velox ira fuit Dei; ut ne quidem momentum illis concessisset. S. Hieron. l. 2. contra Jovinianum: si altissima illa sublevisset, & elevatum, sicut cedrus Libani; & transfusa, & ecce non erat, & quasi eum, & non est inventus locus ejus. Pl. 36. 35. 36. Secundum opus poenitentiae peccati Adami. 1. cum toto posteritate sua spoliatus fuit gratia divina, jure regni, caelo immortalitate, paradiso. Si ob crimen perduellionis principes virum nobilem, & omnes ejus posteros, privaret suo favore, nobilitate, dignitate, honore, officis; & mitteret in exilium miserabilis; egestate, & mutis calamitatibus conficiendos; gradus poena videretur. 2. evertit totum illum providentiae ordinem, & gubernandi rationem; quam ex se Mundo constituerat: longè enim alia fuisset rerum gubernatio, si peccatum non extitisset. 3. permittit Deus ob hoc peccatum totum ferè genus humanum tyrannidi diaboli. Unde factum; ut toto ferè orbe; per aliquot annorum millia, tanquam principes Mundi cultus sit. Iustum est enim; ut, à quo quis vitiosus est, ejus servituti subiciatur. 4. permittit infinitum hominum multitudinem ruere in aeternum exitum. Tertium Catechismus: quo totus Mundus exceptis octo hominibus, delectus; & unà omnes hominum labores, opesque evertit. Magna videlicet, cum civitas aliqua opulenta funditus evertitur, ædibus incensis, & incolis, omnibus delectis. Erant homines omnibus nature donis ornatiissimi, proceri, fortes, longævi. Maxima multitudo; ut credibili est, tunc longe plures homines extitisse, quam hoc nostro saeculo. Cum autem diutissime viverent, & corpore essent firmissimo; omnesque propagationi intenti, & multi plures acciperent uxores; fiebat, ut intrā trecentos, vel quadringentos annos, in multas disfunderetur myriades, & singuli magna implere possent regna. Si enim ex uno Jacob Ex. 12. 37. intrā trecentos annos toto procreati fuerunt, ut exercitum fexcentorum millium virorum à viginati annis, & supra, contingerent; praeter mulieres, & parvulos, quorum numerus facile duplo major erat; cum tamen homines vix septimum partem illius prioris ætatis attingerent: quanta saeculo illo primavero per annos 1656. procreata. Deus tamen infinitam hanc multitudinem, & omnia illa ornamenta, nihili fecit. Quartum. Gen. 19. 24. Dominus pluit super Sodamam & Gommorram sulphur, & ignem de caelo. 1. ignis sulphureus, vel ipso aspectu terribilis, odore teterrimo, ardore maxime penetrabilis. Unde Scriptura ignem Inferni sulphureum multis insinuat. Apoc. 14. 10. Il. 30. 33. Pl. 10. 7. 2. subito oppressi, cum adhuc in lectis suis, vel somno sopiti, vel impunitatis dediti. Nam mane, sole oriente, clades illata: cum eadem nocte tota civitas; à minimo usque ad maximum, ut ait Scriptura Gen. 19. 4. ad ædes Loth congregata, nefandum crimen in hospites ejus patrare coacta fuisset. Itaque valde verisimile est: nullos, vel paucissimos, ex illis salvatos. 3. non solum adultos, viros, foeminas; sed infantes quoque, & animantia, absumpsit ignis ille. 4. incendium tam vastum, ut per 72. millia in longum, & 19. in latum, quod ex Josepho, & aliis colligitur, se extenderit, & intrā terram penetraverit; eaque profundè exulta magnum finium, velut maris alicum, in ea effecit: qui mox aquis confluentibus impletus, ingentem lacum constituit. Nihil in eo potest vivere; unde & mare mortuum vocatur: regio antea instar paradisi amoenissima. Gen. 13. 10. Leonardus Lessius de perfect. div. c. 22. de div. nom.

Num. II.

Nec templis Deus ob peccatum parit.

A sanuario meo incipite. Ezech. 9. 6. Deus praecipit Angelis occidere quoscunque Ierosolymis: ne quis putaret, habiturum se in divino sanuario asylum. S. Ildorus Pelus. lib. 1. epist. 73. Mirari te, distilli qui fiat, ut Deus, qui terramotum immittit, templis suis minime parcat. Certam hujus rei in divinis libris declarationem habes: nam ut sanctæ arcae minime percipit; verum eam una cum ipsis: Saeculorumque, qui deliquerant, barbaris dedit; & urbem sanctificationis in conculcationem Gentibus addidit. 1. Reg. 4. 11. ita ne nunc quidem ab omni labe puris mysteris parcat. Ut, dum suis alius minime parcat; terrorem iis, qui peccant, incutiat; atrociter videlicet poenam, ob ea, quae agunt, expectantibus. Utinam abies, quae cecidit cedrus. Zach. 11. 2. 4. Reg. 25. 9. permittit Deus conflagrare templum Salomonis. Rupertus l. 6. de vict. verbis. 25. non poterat Deus templum suum illatum custodire: qui tres pueros custodivit,

planè poterat: sed erudiendus erat Mundus; ut sciret, quod Deus excessus non pulchris lapidibus, aureisque parietibus templi manu facti delectetur; sed fide, charitate, & mundis cordibus: & ille ei est optabilis locus. Mendozain 1. Reg. 4. 11.

Num. III.

Peccati gravitas ex persona offensae.

Debet ei decem millia talenta. Matth. 18. 24. S. Chrysof. hom. 62. in Matth. quantum centum denarii à decem millibus talentis tantum, immò verò multò plus ea, quae in hominem peccata distant ab his, quae in Deum committuntur.

Et tam tremendam Majestatem audeat irritare vilis pulvisculus, uno levi flatu mox dispergendus, & minime recolligendus. S. Bernardus l. 16. in Cant.

Una gutta divinae offensae est major omni offensa contra temporalem principem: quia iste momentaneus, ille verò princeps aeternus. Gerlon Alphabetao div. am.

Excessus est peccatum. Attende, quis Deus? tu quis tu? & agnosces peccati excessum, Oforsius D. 2. Quadr.

§. III.

Peccati gravitas.

Num. I.

Ex vulneribus Christi, ejusque Passione.

Vulneratus est propter iniquitates nostras. Il. 53. 5. Vide S. Bernardum l. 3. Nat. Ex istdem cognoscere poteris peccatorum tuorum multitudinem. Sufficiebat quidem ad totius Mundi delenda peccata minimum Christi vulnus, sicut & minima ipsius sanguinis gutta: ut quid ergo totusque vulnera? nisi ut ex illis agnosceres tua contra eum innumera delicta. Nam quia à planta pedis usque ad verticem non erat in eo sanitas; sed vulnus, & livor, & plaga tumens. Il. 1. 6. idè etiam in corpore ipsius à planta pedis nihil manit invulneratum. De Ponte in Cant. 2. Exh. 24. §. 1.

Peccata nostra ipse portavit in corpore suo super lignum. 1. Petri 2. 24.

Sine hoc holocausto poterat Deus tantum condonasse peccatum; sed facilitas venire laxaret habenas peccatis effrangentibus; quae etiam Christi vix cohibent passiones; quae vix cecleratos animos à voluptatum face avellunt. Vulneri namque in putrido, & antiquarum cicatricum foetori, non inveniebatur medicamentum conveniens, nisi usquequo sanguinis hujus plaga viret liniretur, & mala parta carnis in cruce extente succarentur venena; quae calcæneo primi hominis, & omni posteritati ejus, serpens ille seductor antiquus insuderat, S. Cyprianus de Pals. Christi.

Ex consideratione remedii periculi mei æstimo quantitatem. Nesciebam (malum meum) & ecce mittitur Virginis filius, Filius Dei Altissimi, & jubetur occidi: ut vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce, o homo, quam gravia sint vulnera, pro quibus, secundum divinae sapientiae ordinem, necesse est Dominum Christum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem, & mortem fletissimam, nunquam pro eorum remedio Dei Filius moreretur. S. Bernard. l. 3. in Natali Dom.

Gravis animæ casus, qui non nisi Christi cruce potuit reparari. S. Bernardus ep. 54.

S. Laurentius Just. l. de ligno vitæ c. 4. enumerans, quæ sint illa, quæ humano cordi possint incutere timorem, ait: primò consideratio vehementissimæ Passionis Christi. Ex qualitate remedii facile cognoscitur vehementia languoris.

Quatenus aliter salvare nos posset; voluit tamen per crucis patibulum reconciliari nos Deo: quatenus ex medicinae difficultate pondus ægritudinis noceretur: atque grati efficacemur de munere, quod tanti Redemptoris gratia condonasset. Id. de triumph. &c. c. 25.

Nesciebam contumelias, & terrores, & colaphizantem me incessanter Sathanam; nisi viderem artem medicinae tuæ similia similibus curantem; & appenderem in fletera hinc calamitatem tuam, illinc iniquitatem meam &c. Drogo Off. de Sacr. Pals.

Idcirco lignum adversus lignum, & manus adversus manum: ille in quam, fortiter, extensa adversus incontinentem extensam. Illæ clavis affixa, atque confixæ, adversus remissamque solutamque: illæ, orbis fines conjungentes, adversus eam, quæ Adamum paradiso exturbavit. Idcirco sublimitas adversus lapsum, & fel adversus guttum, & spinea corona adversus perniciosum imperium, & mors adversus mortem, & resurrectio propter resurrectionem. S. Greg. Naz. or. 21.

Qui videns Dominum gloriae, non sui, sed nostris propriis sceleribus sic graviter vulneratum, aunderet iterum scelera perpetrare? S. Bonav. slim. am. p. 2. c. 5.

Quantum dilexit aeternum Patrem, tantum doluit de qualibet offensa ejus: & quantum dilexit aeterni Patris gloriam,

tantum doluit peccati contra eam ignominiam. S. Bernardinus. 2. l. 56. Quia homo per penitentiam peccatum superare non potuit; nec posse, etiam mala omnia in unum confata pate- rentur: ideo infinitus Deus, per assumptam carnem, pro om- nibus in cruce penitentiam egit; ut tantus esset dolor animi, quanta fuit delectatio commissi peccati. Sim. Cass. l. 3. in Luc. 3. &

Num. II.

Ex Morte Christi.

Moriatur anima mea cum Philistim. Gen. Judic. 16. 30. In multis antea offenderat odium contra eos, cum maxilla mil- le viros occidit in combustione fageum. Sed hic nec vitæ proprie peperit. Agnus Dei, qui tollit peccatum Mundi, in sacrificio ostendit, quam odisset peccatum. Incerto Auth.

Mittebat ad eos Job, & inauditabat illos, & iniquitate di- luculo offerebat holocausta. Job 1. 5. Quæ verba sic transe- runt Sept. Origenes, Olympiodorus, offerebat sacrificium, & vitulum pro istis iuxta numerum eorum, & vitulum unum pro peccato. Orig. l. 1. in Job: propter vitulum illum coram filiis suis pro peccatis jugulavit; ut videntes filii ipsi, quod pro alienis peccatis ille vitulum jugulavit, moreretur; & metuentes essent, & paventes, ab omnibus peccatis, quæ animas perimunt, & dilacerant. Quid fortius proponi potest ad pecca- ti odium, & horrorem, quam innocentiissimus agnus pro nobis occisus? Sylveira in Luc. 23. q. 12.

Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ip- sius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præceden- tium delictorum. Rom. 3. 25. Christus mortuus est, non tantum pro præcedentibus, sed etiam præsentibus, & futuris. Cur ergo Paulus solum meminit præcedentium? Cornelius à Lap. jam amplius non est peccandum, post tantum amorem, & pretium nobis exhibitum. Id. ib.

Gravi damnatione iteratur crimina, postquam Christi san- guine fuit redempta. Inexcusable malum est, post mortem Redemptoris nostri Domini servum maculari peccatis. B. Cæ- sarius Arel. hom. 2. de Pascha.

Mors Christi exemplum fuit, ut peccato moriamur, Innocen- tius P. III. de Sacro Alt. myt. l. 4. c. 35.

Grandis pudor est, ubi talis reconciliatio facta est; ubi ini- micitas inter Deum, & homines, non semper peccatoris, sed sanguis intercessoris absolvit; iterum nos converti ad ini- micitiam; & agere ea, quæ odit ille; quem nobis, nisi effusio Sanguinis Sacri, reconciliaverat nemo. Origenes l. 4. in c. 5. ad Rom.

Hoc est terribile, hoc exterrum; cum jam non corrigimur delinquentes. Id. hom. 8. in Ex.

Pro te Dei Filius jugulatus est; & iterum peccate te de- lectat. Id. hom. 2. in Levit.

Peccatum commissum tali remedio curandum erat, quo homines maxime à peccando detererentur; & si peccare contingeret, citius sublevarentur. Hoc super omnia, quæ fieri, aut excogitari possunt, facit mors Christi. Quid enim magis peccati horrorem homini incurere potest, quam videre Filium Dei pro peccato in crucis patibulo morientem, & terribilem Passionis pro reatu hominis satisfactionem red- dentem? O grande malum peccatum! pro quo talis ultio fit. Non mihi invidantem Mundum, flagrantem civitate, ab- sorptos homines; non Inferni, & omnes ejus poenas objicias: nam si mille propterea gehennas; non sic expavelco, & contremisco; sicut videre Deum pro peccato morientem, & peccati reatum morte solventem. Nihil me ita Domine deter- ret, nihil me sic à peccato detinet; sicut videre Filium tuum dilectissimum Unigenitum, propter peccatum clavus affixum, latronibus associatum, & crudelissima morte mulctatum. O in- finitam audaciam peccatoris qui post tale spectaculum peccare non formidat? S. Th. Vill. tr. de Adv. Dom.

Deus in tantum peccatum odit; quod propter peccata Mundi innocentem Unigenitum interfecit. Unde dicitur II. 53. & propter scelus populi mei percussit eum. Et implevit Dei Filius, ut peccatum interiret, tradidit in mortem animam suam. v. 12. S. Bonav. dia. fal. c. 1.

Nunquam plane cognovimus, quanta sit ira Dei ad- versus peccatum; nisi expiari Deus illud voluisset mortem Uni- geniti Filii sui. Bellarm. in Pf. 84.

§. IV.

Peccati gravitas ex bonitate Dei, beneficiis.

Ex Veteri.

Omne, quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum. Gen. 9. 3. Ante diluvium non legitur carnis usus permissus, sed post diluvium. Genadius in Catena: à diluvio majori usus est licentia: ut sic homines afficeret, ut majores cul- pas vitarent.

Ecce Dominus meus. Gen. 39. 8. Joseph bona, quæ af- fecutus fuerat, repente memorie intulit; & malum, quod

se pulsabat, eiecit: & quia percepit gratiæ meminit, vini culpa imminentes fregit. S. Gregor. mor. l. 30. c. 8.

Vivit Dominus, quia non occiderit. 1. Reg. 19. 6. Juravit Saul placatus voce Jonathan: Beneficij memoria excussit iram. Uter majora contulit beneficia, David Sauli? an Christus nobis? David in conflictu propter Saul nec unum vulnus ac- cepit, nec minimam Sanguinis guttam effudit. In conflictu autem, quem Saluator tuus aggressus est, quot ictus? quot verba? quot vulnera accepit? effudit totum sanguinem, mor- tuus est: proponere ergo firmiter illum ultra non offendere. Diez. ser. 4. D. 2. Quat.

Filius exultavit, & exultavit: ipsi autem speraverunt. II. 1. 2. En, quæ exandescat flamma fulgur Dei faventis: inter blanditias munificentiæ meæ peccaverunt? peccandum illis est. Clamat in Sionitas Isaias 2. 9. ne ergo dimittas eis. Et unde criminis spes venit interclusa? audi: replata est terra argento, & auro. v. 7. In auro peccaverit? disperant? tantis Dei opu- bus in injuriâ legis abusi. An non Ahias telum, quò in Jeroboam, intortit, cote acuit munificentia Domini? 3. Reg. 14. 7. 9. 10. quia exultavit te de medio populi sed operatus es mala: idcirco etia ego in te. Oliva l. 1. Strom. §. 6. verò claudicabat.

Hæc hæc Dominus Christo meo Cyro. II. 45. 1. Cumque plura alia ejus encomia retulisset, concludit: vocavi te nomi- ne tuo. v. 4. affinalavi te, & non cognovisti. q. d. ut explicat S. Hieron. affinalavi te mihi in nomine, quod imposui tibi; & tamen adorasti idola tua, me relicto. & de Pontine Cant. 1. 2. Exhor. 22 §. 3.

Cum bestis, & feris, erit habitatio tua. Dan. 4. 29. Tam le- vis piaculi supplicium tantum? Quid levius, quam principem, ob extructam à te urbem exaltasse in corde suo? nimium. Ne- mo liberalior Deo in sua eroganda pecunia; sed nullus ita æs suum cum utrisque reposcit. Minimum sane crimen de ur- be gloriarî. Sed stipulam prophetæ principem post receptos è cibano pecores, post vitum in camino Deum, post vitio- nes, & somnia; in crimina etiam labi minima; facinus est nulla fat expandim poena. Oliva lib. 11. Strom. §. cum be- stis &c.

Ex Novo, & aliis.

Abste à te Domine. Matth. 16. 22. Mox audit: vade post me Sathana. v. 23. Mira erga amantissimum Discipulum austeri- tatis Salvatoris: cum præferim eum paulò ante divinitatem suam professum tantopere honorarit. Ego autem non mi- ror, post Claves Sathanam vocatum: immò maxime ob hanc causam credo durius eum increpitum. Non enim decebat, post datam à Patre divinitatis scientiam, erumpere è Petri ore pavidum illud verbum abste. Quò enim uberius men- tem nostram ros coeli perfundit, eò gravius punimur; si vel labrusca in hortu cordis nostri pullulet. Ubi abundat gratia superabundat & dilectum. Rom. 5. 20. Oliva lib. 11. §. Cum feris &c.

Unus est Pater vester. Matth. 23. 9. S. Hieron. ep. ad Deme- triadem: non est hortatio vehementior, quam qua nos Scri- ptura Filios Dei vocat. Quis enim non erubescat, & metuat, tanto Patre agere aliquid indignum: ut, qui dicitur Dei filius, ipse efficiatur vitii servus?

§. V.

Præsentia Dei absterret à peccato.

Ex Veteri.

Ambula coram me. Gen. 17. 1. Abul. id est, sic ambula in tua conversatione morum; ac si me coram te semper videres. Et illud est præcipuum, quod hominem tollit à pec- catis; scilicet continua memoria de Deo in actibus nostris. Did. Nyss. Vit. Abr. l. 6. c. 2.

Risit (Sara) oculis. Gen. 18. 12. Tanquam totus intra abdita pectoris rictus non peractus pervenerit ad oculos. Vix ita risit, quando Dominus ait: quare risit Sara? v. 13. Mox in risum Sara Dominus inquisivit: qui, licet secretis- simus fuerit, scientiam tamen Dei effugere non potuit. Id. ib. l. 7. c. 6.

Faciis candelabrum ductile de auro mundissimo. Ex. 25. 31. In tes lucernas solum, & ponas eas super candelabrum. v. 37. Philo Judæus ait; tabernaculum illud vetus fuisse figuram mundi, qui quodammodo Dei domus est. Oleaster hic: ad quid Domine vis in domo tua candelabrum cum lucernis septem habere? Ne putares homo, posse male conversari, & occultari: five enim in die, five in nocte, impiè egeris, ab eo videris. Id. ib.

Accipiens (Moyses) vitulum, quem fecerant, combussit; & contrivit usque ad pulverem. Ex. 32. 20. Miror, populum terrorem percussum, & attonitum. Moyses voce, quasi ichu quodam terrifici fulminis exanimatum. Unde hic pavor? Respondet Abul. q. 36. licet Deum illum diligenter, quem colebant; pro quo fabricando spoliaverunt se auro suo: tamen ad præsentiam Moysis vitulum illum conculcavit, & in co- rum

rum confusionem maximam, destruentis, nullus aliquid facie- bat: quia invalerat eos timor, & tremor, Arcones in II. 3. 13. Dific. 1.

Tenebræ non obscurantur à te, & nos sicut dies, illuminabi- tur. Pl. 138. 12. sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus, Marcus Anto- nius Flaminius: neque tenebræ habent tenebræ apud te; & nos sicut dies illuminantur. Similes sunt tenebræ, & lux, Psal- mo eodem v. 2. tu cognovisti scissuram meam; & resurrectionem meam. Flaminius: omnia tibi nota sunt, quæ sedens, stans am- bulans, cubans, cogito, atque ago. Did. Nyss. Vit. Abr. l. 7. c. 6.

Sume tibi laterem, & ponas eum coram te. Ezech. 4. 1. Magi- stri facultatem Deus ostendit Ezechiel, docens, quos, ex quibus, discipulos debere ut constitueret. Fili hominis, sume tibi laterem. Quibus verbis declaratur, opus, esse, ut Magister ex luto discipulos faciat templum Dei. Et ponas eum coram te. Sic enim discipulus repente melior fit, si in conspe- ctu Magistri semper veretur. Affidua enim præstantium exem- plorum actiones similes in animis non profus asperis, ac duris imagines imprimunt. Ideò Jezi, & Judas furto ille; hic pro- ditione ceciderunt: quoniam ex Magistrorum oculis se sub- duxerunt. S. Nilus lib. Afce.

Melius est mihi, absque opera incidere in manus vestras; quam peccare in conspectu Domini. Dan. 12. 23. Vicit gene- rosè in lucta: non enim à scelere se cohibuit, aut metu viri, aut infamiae: nec famæ meminit, nec viri; sed Dei. O verbum nolo assentiri. Cur? an quia dedecet, matronam, suo sanguini notam inurere? an quia scelus in vulgus pessimè ob- locuturum erumpet? non his abducitur rationibus à scelere. Audi: quam peccare in conspectu Domini. Ideò vicit; quia non humanis; sed divinis armata telis monstra repressit: apud Deum fe ream putabat, sed enim in lucta cum vitio hoc tantum telo uti: nempe Dei timor; rejectis humanæ pruden- tiæ scitis, & gladiis. Is enim non ruit, qui non arundineo humani timoris baculo, sed Deo innititur. Oliva lib. 10. Strom. §. Melius est mihi &c.

Ex Novo.

Inimicus homo homo fecit. Matth. 13. 28. S. Chrysol. l. 97. qui malus nunquam non stultus. Quid hic egit inimicus? Esto, quò dormirent servi; nunquid Dominus dormiebat? esto, quòd oculos servorum sopor clausit post laborem; nunquid dormitantes oculos illa vicierat laetudo? Planum erat, quòd super rem suam magis Dominus vigilet, quam servus, & ope- rarius: & tamen putabat, se etiam à Domino, quem repu- tabat absentem, non videri. Sanct. Cyrill. Jerof. catech. 4. de idololatris: quidam folem ponebant; ut occidente sole, noctis tempore sine Deo essent. Alii verò lunam; ut in die Deum non haberent. Ezech. 9. 9. Et dixit ad me: iniquitas do- minus Israel, & Juda magna, & nimis valde: dixerunt enim: derelinquit Dominus terram; & Dominus non videt. Sylveira hic q. 8.

Accipit autem omnes timor-quia Propheta magnus. Luc. 7. 16. Immo erat maximus omnium, quia omnia viderat, omnia noverat. Sed utrum hoc mortales homines expaverent, at- que meditantur, cum deliberant peccatum agere. Quòd si humanos devitant oculos, illius aspectum devitare non pos- sunt: quoniam in omni loco vultu Domini contemplantur bonos, & malos. Prov. 15. 3. Sim. Cass. l. 5. c. 12.

Quò erat ipse veniens. Luc. 10. 1. Cur hoc addit? An Discipuli Christo absente languerent in officio, ut memini- se oportet Magistrum affore? sic putat Cojetanus: scientes enim Discipuli, quòd subsqueretur Magister; cogebantur omni cura inuncta exequi. Vell. in Judith. 1. Paren. 17.

Hydropicus ante eum. Luc. 14. 2. Hydropicus est omnis, qui per dissolutam vitam, & lubricam, anima sua graviter ægrotat; qui & Christo indiget. Et sanabitur planè, si ante Christum fuerit: nam qui ante Christum fuerit, cogitans sem- per, quomodo ab ipso videatur, minime peccabit. Theo- phylactus hic.

Percegit profectus in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam. Luc. 15. 13. Cur in patria non sectatus de- licias? cur ibi non dissipavit substantiam? natio in solo ma- jor peccandi, quam in peregrino occasio. S. Chrysol. ser. 1. quæramus; quæ res filium rapuit hos ad ausus? Respondet cupit vivendi libertate gaudere. Sed ea paterno aspectui in- erat vis, & quodammodo præcipitibus non possit indulgere. Naxera in Jof. 18. §. 7.

Ex Patribus, & aliis.

Hæc solum ratione fit, ut quis nunquam labatur; si Deum fipi ipsi semper adesse existimet. Clem. Alex. lib. 3. præd. cap. 5.

Quantumque tenebras factis tuis superstruxeris; Deus lu- men est. Terrull. l. de pœnit.

Hominem vereris præsentem; Dei Patris, & Filii, non ve- reris præsentem? S. Ambros. in Pf. 118. l. 1.

Si peccare vis, quære, ubi te non videat; & fac quod vis. S. August. Ser. 96. de Verb. Dom.

Ita peccatum declina, quasi celare non posses: ibi pecca, ubi Deum esse nescis. S. Hieron. l. 2. foli. c. 11. Difficile profectò à via justa aberrare, qui in corde suo Dei non obliviscitur. S. Basilus Casar. l. quòd Deus non est auctor malorum.

Ubi Deus, peccatum nullum: ubi peccatum, non ibi Deus. S. Chrysol. l. 44.

Averfamini vitia, colite virtutes. Magna vobis indicta est necessitas probitatis; cum ante oculos agitis Judicis cuncta certentis. Boetius l. 5. de consol. profa §.

§. VI.

Oblivio præsentia Dei est origo peccati.

Grossus Cain à facie Domini. Gen. 4. 16. Orig. qui disce- dit à conspectu Dei, nescit converti, & peccatum pen- nitendo purgare. Apud Did. Nyss. Vit. Abr. l. 6. c. 2. Cum, futuro facinori viam sternens, fratrem in solitudine trahit, secretis patrocinantibus scelus peragit, iniquissimus pariter, & stultissimus qui ad perpetrandum maximum nefas sufficere sibi creditur, si aspectus vitaret hominum; fratricidium Deo teste facturus. Unde puto, quòd hæc in illo hæc jam tunc opi- nio fuerit, quæ nunc in multis est; Deum terrefrastra non respicere, & actus sceleratorum hominum non videre. Salvianus l. 1. de provid. Dei de Cain.

Non est Deus in conspectu ejus. Pl. 10. 5. Istius nequitie red- dita est causa conveniens, quia in conspectu suo non habet Deum. O quam profunda cœcitas, Deum ante oculos non habere, Nam si ultimum malum creditur, solis lumina non videre; nunquid apud superos inferna patiuntur, qui aucto- rem sacri luminis pro sua minime cœcitate respiciunt. Cassio- dorus hic.

Egressus autem servus. Marth. 18. 28. Si regem præsen- tem, omniaque cernentem, cogitasset, tam horridum faci- nus non patisset. Ideo conservum suffocavit quæ egressum à Domini præsentia putat. Escob. t. 5. Parab. Chr. lib. 2. Sect. 2. §. 3.

§. VII.

Peccatum solum est malum.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccatum Mundi. Joan. 1. 29. S. Bernardus f. de triplici adventu. Joannes B. cla- mat: Ecce Agnus Dei. Non dicit, morbos corporis, non molestias carnis; sed peccatum, quod est morbus animæ, & corruptio mentis. Poterat & morbos, reliquaque miseriae tol- lere: peccatum enim solum est malum, & comparatione illius aliud nullum. Sylveira hic q. 8.

Tenentur pro omnia pro similitudine absque peccato. Hebr. 4. 15. q. d. passus similitate, ac nos patimur, dolores, labores, famem, sitim, pro similitudine, id est, quæ tamen omnia ti- millitudinem habent mali: quia solum peccatum malum; reli- quæ solum speciemus mala. Pinna in Ecd. Ethol. 87.

Scimus, nos lædi posse à nemine, nisi deprehendamus in scelentibus, aut maleficiis: occidere potestis; lædere non item. S. Iulianus M. Apol. 2. pro Christianis ad Antonium Pium.

Jam non novimus malum, nisi offendere Deum: nec novi- mus bonum, nisi promereri Deum; & perduci ad illa, quæ promittit. Quid illa bona Mundi hujus, & mala Mundi hu- jus, indifferenter habeamus: quia jam suscepti ab utero ma- tris nostræ indifferenter ea habentes dicimus: sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus. Plal. 138. 12. Nec felicitas hujus Sa- culli nos beatos facit, nec adversitas miseros. S. August. in Pl. 138.

Nihil est, quod lædat hominem, nisi solum peccatum: eò autem sublato omnia sunt facilia explicata, atque tranquilla: quemadmodum, si id adfit, sunt omnia scopuli, tempeitates, & naufragia. S. Chrysol. in Pl. 139.

Unum, idque solum, quod inferi homini dedecet atque contumeliam peccatum. Ut enim universis orbis te male tractet contumelias; modò nè fueris tibi contumeliosus; nulla afficere injuria, aut dedecore. Proditio tantum est à con- scientia pendens. Cave prodas tuam conscientiam; & nemo te prodit. S. Chrysol. in Pl. 44. hom. ad Eutropium, & il- lud. Pl. 44. Assiluit regina.

In Mundo unicum malum est peccatum. S. Chrysol. ep. 1. ad Olympiod.

Malum solum peccatum est: quia creaturæ rationali, præ- ter peccatum, nihil nocere potest. Sanct. Rupertus lib. 12. in Joan. 16.

Nihil malum esse dicendum est nisi peccatum solum; quod à Deo nos separans malo diabolo nos facit copulari. Joan. Cas. Collat. 6. Abb. Theodori c. 3.

§. VIII.

Peccatum summum malum, magis malo.

homo, qui malodixerit Deo, portabit peccatum suum, & qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. Levit. 24. 15. Cur vanè afumens nomen Domini morte multatur, & blasphemus jubetur tantum manere sub peccato? Cyfill. Alex. l. 14. multo gravius est accipere peccatum, & habere secum; quam morte multari. Mors purgatio est peccati ipsius, pro quo jubetur inferri. Ubi verò quis accipit peccatum, & permanet cum ipso, nec aliquo supplicio diluitur; transit cum ipso etiam post mortem: & quia temporalia hic non perfolvit, ibi expendit æterna supplicia. Bæza t. 1. l. 3. c. 7. §. 9.

Hic est omnium bonorum vertex, & omnis spei caput, finis totius beatitudinis: nimirum ut creatura non turbetur amplius à malitia; sed ut omnis iniquitas procul ablegetur. S. Gregor. Nyss. tr. in Ps. c. 8.

Pro toto universo non debet homo peccatum mortale committere; preceptivum nobilissimæ vitæ. S. Bonaventura. c. 1. de ingressu ad Sapientiam.

§. IX.

Peccatum est malum majus Inferno.

Rursus animam meam ex Inferno inferi. Ps. 85. 13. Verè tam magna misericordia Dei est ea, qua nos ex injuria justos facit: quam magna est gehennæ perpetuæ poena, à qua liberamur: & quam magna est felicitas sempiterna; à quam jus accipimus, & aditum apertum habemus. Bellarminus hic.

Mentem habenti gehenna quoque formidolosus est, Deum cõsiderens: & omni regno desiderabili, Deo placere. S. Chrysof. hom. sup. orat. Annæ: dilatatum est os meum.

Esi multi gehennam omnium malorum supremum, atque ultimum, putas; ego tamen sic censeo, sic assidue prædicabo; multo acerbius esse, Christum offendere, quam gehennæ malo vexari. Hortor vos, vos atque oro, ut mecum hac in re sentire velitis. S. Chrysof. hom. 37. in Matth. 20.

Si Christum diligere, quemadmodum illum diligere oportet, agnosceremus utique, gravitè esse gehennam ipsa Christum offendere dilectum. Id. l. 5. in c. 2. ad Rom.

Si huic peccati pudorem, & illinc cernerem Inferni horrorem; & necessariò uni illorum deberem immergi: prius me in Infernum mergere, quam peccatum in me immitterem. Mallem enim purus à peccato, & innocens, gehennam intrare; quam peccati forde pollutus coelorum regna tenere. S. Anselmus lib. de similitud. c. 190.

§. X.

Peccatum solum time, & dole.

Uen primogenitus meus in principium doloris mei ascendisti cubile patris &c. Gen. 49. 3. 4. Hoc principium doloris ejus exitit: non quod in nullo antea doluerit; sed quia verus dolor de plaga peccati primùm in domo ejus de isto accidit. Novarinus Elect. sac. l. 3.

Potest aliquis sustinere, quod gustatum offert mortem? Job 6. 6. Sicut nemo mortiferum quid comedit, ut vitæ suæ ipse sit inimicus; ita ego peccatum contingere pertimescebam; ita ego ante Deum benè mihi conficius incedebam: nè velut gustu lethifero offensionem mortis incurrerem. V. Beda hic.

Cur timelo in die iniquitatis calcami meo circumdabit me. Ps. 48. 6. Una est iniquitas, quam jure timere debemus. Pueri, ut in hac Pf. Chrysof. ait, ea timent, quæ nullum timorem merentur; ut pote larvatos homines: ea verò impavidi trahunt, quæ jure debent tertere; ut aciem gladii vel flammam ignis. Pinna Ethol. 85.

Altitia regna. Ps. 44. 10. Qui vult, cervicem defecet; qui vult, lapidum factu obruat me: qui vult, odesit; non sunt mihi timori adornata infidias. Unum est, & id solum, quod metuus; nempe peccatum. S. Chrysof. in illud Pf. 44. Altitia regna. Servo Dei nulla res debet displicere præter peccatum. S. Francis. Seraph. Exhort. ad omnes fratres.

Non est timendum, nisi quod potest, & quod expedit, vitari, id est, peccatum. Guigo confid. & tranquill. animi. c. 4.

Panthera omnibus animalibus est antea; soli draconis inimica. Sic omnis homo fit tibi amicus, soli peccato sis inimicus. Gemiani l. 5. c. 41.

§. XI.

Peccatum præ poena time, & dole.

Ex Veteri.

Quomodo possim hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Gen. 39. 9. Melius est mihi abique opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Dan. 13. 23. Unum in Ægypto Josephum, & unam Babylone Susannam, spectamus; quos à flagitio sola Numinis reverentia abduxit. Hic Christus non diceret: nolite peccare, nè deturini tibi aliquid contingat. Joan. 5. 14. nam terribilia pati statum, quam peccare. Oliva l. 6. D. 1. Quadr.

Peccavi Domino. 2. Reg. 12. 13. Dixit David ad Nathan. Non ita Cain, quem poene impendit, non à se patrat sceleris te debet. Gen. 4. 14. ecce ejus me hodie à facie tua. Sicarium in se levitatum timet, & sicarium fratris fuisse non horruit. Nisi timeret occidi, non poeniteret occidisse. Id. ib.

Misere mei Deus! Ps. 50. 1. Non curat poenas effugere, sed recuperare innocentiam. Nusquam non mundari peccator: amplius lava me: asperges me: lavabis me: dele iniquitatem meam: cor mundum era in me Deus. Oliva l. 9. Strom. §. misere mei Deus.

Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Psalm. 37. 18. S. Gregor. M. in Pf. 2. poenit. malo enim occidi, quam vinci; flagella libenter patior, persecutiones amplexor, visitationes desidero, correptiones concupisco.

Venite adorare, quia ipse est Dominus Deus vester. Ps. 94. 4. 6. Lactymarum vidis hic mustum nullo torculari expressum, solo Divinitatis respectu defillare. Ploremus, inquit; nos quia fulminat; sed quia Dominus, quem læsumus, ipse est Deus. Quod non, occidisse tantum, Davidem graulor, sed & passivisse: nam credis, & adulteri à Nathan admonitus doluit, horruitque, flagitii foeditate non atrocitate supplicii. Oliva l. 6. D. 1. Quadr.

Causæ timore tuo carnes meas; à judicis enim tuis timui. Ps. 118. 120. Si timuisti, quid timere petis? nimirum timori timor præluit: timor enim judiciorum timor poenarum est, non timor Dei. Ergo tuo timore confige me, quem jam transiit judicii tui timor. Te cupio timere, non poenas tuas: timor ille durus est, & ossibus debetur; iste verò, quem sitio, delicatus est, & hæret in carne. Olivat. 2. Strom. §. Coniuge.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Ps. 118. 126. unde tantus fletus? an quia à regno, & patria, exulabat? an quia Sullis tyrannidi subiacebat? an quia persectus esset filius? abis, sed quis non custodiatur legem suam. Ubi S. Ambr. l. 17. à sancto viro plus culpa, quam ærunna defertur. Mendoza in 1. Reg. 1. annot. 8. Non dixit, quia affligor, quia flagellor, quia maledicor, & opprobrio dejicor; sed quia non custodiivi legem tuam: quandoquidem à sanctis viris plus culpa, quam ærunna plangitur. S. Pafchaf. in Thr. 3.

Va mihi, quia vir pollutus labii ego sum. Il. 6. 5. Tabeſcit, & tristatur, solo horrore peccati; viſo, non teio, sed Deo.

Regem Dominum exercituum oculi oculis meis. Et quidem viri calculo sine genitui tult; sed oris contagium sine eculatu pati non potuit; Intuenti Deum, si vitul sui sanies pro lictore, cruceque, non est; aut lippit, aut penitus cœcavit. Oliva l. 6. D. 1. Quadr.

Va nobis, quia peccavimus: propterea massam factum est cor nostrum. Thr. 5. 16. Dixit ante: hereditas nostra versa est ad alienos. v. 2. nihil autem horum dixit va nobis; nisi ad peccavimus. Diez conc. 2. D. 4. Epiph.

Ex Novo.

Lacrymis cepit rigare pedes ejus. Luc. 7. 38. Cùm multa sint lacrymarum genera, ista istius tenentur optimam partem. Sunt enim aliquæ producunt ex pœnali miseria; & quædam proveniunt ex misera culpabili, & iniqua; & utiliores, immò necessitate sunt. In his hæc mulier exordium fecerat. Sunt, quæ effundentem non respiciunt, sed quod sit poena multandum ex crimine; sed tantum quia offensus est Deus. Sim. Caff. l. 9. c. 19.

Quanti mercenarii? Luc. 15. 17. Sprevit glandes appetitu filiginis: verum, ut patrem vidit, mercenarii oblitus, & annonæ: uno sceleris squalore tabuit. Paduit illum non nuditate, & famis, sed criminis. Pater peccavi in celum! Cur accessisti è regione longinqua: quia peccavi: cur patri adverteris? quia peccavi: quid ab eo flagitas pro te? quia peccavi, totius veniam peccati. Oliva l. 6. Dom. 1. Quadr.

Tristitia vestra &c. Joan. 16. 20. Displicere sibi patienti ex poena, proprium est omnium sensibilibus, etiam ratione carentium: displicere sibi ex culpa, tantum est verè ratione utentium; maxime verò omnium virorum fidelium ac per hæc incontinenter tristitia de peccato, non de supplicio, vertetur in gaudium. Sim. Caff. l. 6. c. 33.

Alii

Alii quidem omnes ob terreremur timore correpti erant; ego verò propter causam terreremur. Causa enim terreremur est ira Dei: porro causa divinæ iræ nostra sunt peccata. Noli unquam supplicium timere sed supplicii parentem peccatum. Quandoquidem et in morbis, ac vulneribus, non eos lugemus, qui curantur; sed qui insanabili morbo laborant. Quod est morbus, & vulnus; hoc est etiam peccatum: quod est fœditio, & medicamentum; hoc est etiam poena. S. Chyfof. tom. 6. tr. in terreremur.

Philippo II. Hisp. regi, Jobum morbis juxta, ac patientia, reſerenti, cùm genu novacula chirurgus dissecuisset; ejuſque filius ex eo percunſcaturus; numquid ab eo vulnere graviter doleret? respondit: multo magis mihi dolent peccata mea. Doultreman l. 4. de am. c. 4. Sect. 10.

§. XII.

Magis poenam, quam peccatum, timentes.

Ex Veteri.

Vocem tuam audivi in paradiso, & timui; ed quid nudus essem. Gen. 3. 10. Rupertus l. 3. in Gen. non dixit, timui, ed quod præceptum prævaricatus essem; sed timui, quod nudus essem. Perversus timor, qui non facti sui gerit poenitudinem; sed solum poenæ suæ facetur habere confusionem. Sylveira in Matth. 10. q. 20.

Ecce ejus me hodie à facie terra &c. Gen. 4. 14. Quid deprehensus inculcus hic timet agricola? hoc timet; nè agricolari sibi non liceat; nè terram, quam solam amat, vel præsentem vitam, pro admisso facinore perdat. Rupertus l. 4. c. 7. in Gen.

Clamorem ejus audivi, propter duritiam eorum, qui præsumunt operibus. Ex. 3. 7. Israelite non Ægyptium pertaxi clamaverunt ad Dominum; sed virgas, & compedes, horruerunt: & si non eos Pharaon occidisset, libentius sub eo, quam sub Moyſe militarent. Raro scelus displicet, nisi strangulet. Filius Jacob sceleris tantum tædunt, cùm ob scelus in gravibus angustiis. Gen. 42. 21. Oliva l. 4. Strom. §. Eripe me.

Virga versa est in celubrum. Exod. 4. 3. Credo, idèd non in fidus mutatam Moyſis virgam, cùm regno suæ gentis destinaretur; sed in serpente. Ut ferit legislator, non blanditiis cœci, nec Numinis amore, abducendum vulgus à peccato; sed metu Numini supplicii: cui non fat irrogandum esse virga, nisi effareretur in anguem. Oliva l. 6. D. 1.

Quid si audire nolueris vocem Domini? Dei tui percutiat te Dominus vesperis, & febris &c. Deut. 28. 15. 22. Quam integritatem vitæ vox imperantis Numinis non imperaret, eam mihi febrium extorquet. Dabitur tertianæ, quod Trinitati non daretur. Id. 16.

Luxurie populus. 1. Reg. 6. 19. Cur luxit? an ab sacrilegia? an ob arce injurias? an ob alia peccata? ed quod Dominus percussit plebem clade magna. Mendoza hic.

Filii vestros tollit &c. 1. Reg. 8. 11. Tumescitis in solum oceani impetus fabulo mellis, quam margaritis, coralloque compedes. Nolim esse spretum Numen, sed regem seviturum, nuntius. Oliva l. 6. D. 1.

Quare non audivisti vocem Domini? 2. Reg. 15. 19. quibus ille tanquam rupes, nihil motus. Quid Samuel? poenam minatur: pro eo, quod abiecit sermonem Domini, abiecit te Dominus, nè sis rex; v. 23. Et illico perterritus, peccavi, inquit, quia prævaricatus sum sermonem Domini. v. 24. Ubi Lyranus: timuit Saul, nè Samuel ad electionem alterius regis procederet, & sic ipse regnum perderet; idèd sic se humiliavit. Et paulo inferius: hoc dixit Saul magis timore poenæ, quam amore justitiæ. Mendoza in 1. Reg. 2. veniam, non culpam reformidant peccatores.

Evaginans gladium tuum, & percutit me. 1. Reg. 31. 4. Saul, cùm irruisset super gladium suum, queri cepit cum Amalecita: non quod parricida sui moreretur, sed quod dolores non evideret, & probis hostium pareret. Timuit præda hostium fieri; non timuit fieri carnifex sui. Oliva l. 9. Strom. §. Illic trepidaverunt.

Peccavi Domino. 2. Reg. 12. 13. David cum proponitur culpa, & poena; solum de culpa dolet. S. Auguſt. tr. 49. in Joan. morte carnis omnis homo timet, mortem animæ paucis pro morte carnis, quæ sine dubio ventura est, curant omnes, nè veniat: non laborant, nè peccet homo æternum moriturus. Sylveira in Matth. 26.

Ex Novo.

Peccatum est opiosam dederunt militibus, dicentes: dicite quia discipuli ejus nolite venerare &c. Matth. 23. 12. 13. Milites cùm renuntiarent Christum resurrexisset, mox Pharisei tremuerunt: non quod hoc accidisset; sed ne vulgaretur. Redivivum timere debuerant, nè illos perderent: atqui de hoc non solliciti, toti in eo sunt, nè Domini resurrectio credatur. Oliva l. 9. Strom. §. Illic trepidaverunt.

Misere mei. Luc. 16. Cùm damnati in vitis sint obſtinati, nec unquam poenitent; quomodo hi petunt, & cupiunt,

misereri? Dicendum: quod de peccatis suis non poenitent. in quantum sunt Dei offensiva, turpia, & injusta; sed ut vitent eis causa tanti supplicii. Sed & dives iste petiit misereri sibi; quantum ad poenæ mitigationem; non quoad culpæ ablationem. Dion. Carthus. hic.

Jam noli peccare, nè deturini tibi aliquid contingat. Joan. 5. 14. Nec propter Deum abſtinemus peccato, nec propter Deum poenitent peccati. Euphrates Babylonem limofus alluens aggeribus coarctetur, non è lauro, aut olea, sed taxo, non imaragdis, paralyſi, lepraque, cohibetur à scelere nuper incolunitati ager restitutus: quem Christus, non amore, ac reverentia, Numinis; non amore mercedis, sed majoris mali minis, stabilivit in Lege. Jumentis, ut video, comparatus est homo; quem tantum camo, fœcnoque circumagas. Oliva l. 6. D. 1.

Peccavimus vos pro me. Act. 8. 24. Hæc dixit, non amore justitiæ, sed timore; nè morte periret, sicut Ananias, & Saphira. Act. 5. 10. Et postulat, peccavimus pro me: non ut culpa mihi remittatur; sed ut nihil harum poenarum, quas diligitis, super me veniat. Sylveira hic.

Age janitenciam. ſu autem moyſe candelaſtrum tuum. Apoc. 2. 5. Et Episcopis hoc fœcno opus est. Horret animus tanta indolis noſtræ ignobilitate. Christus ergo, ut non offici noſtri moneat, non ſua nobis vulnera obijcit, quibus conſolus vitam peperit moriturus; sed noſtras nobis ostendit plagas; quibus ſubdemur, niſi nos flagitii peccati. Oliva l. 6. D. 2. Quadr.

§. XIII.

Ex peccato uno ruitur aliud.

Ex Veteri.

Ratalque est Cain vehementer, & occidit vulvum ejus. Gen. 4. 5. Dioſcorides de veneno ſcribit: quod, cùm quis à serpente mordeatur, ſtatim ſequantur iſta: vulvum repletur pure & ſanie; os, & lingua, ſit tota ſicca, oculi caligant, auditus debilitatur, ſequitur capitis dolor, tandem incidit homo in febres, quæ eum ratione privant. Apud Mathiolum l. 6. c. 47. Hæc ſequuntur etiam ex peccato, Cain primò invidit, deinde odium, ex odio homicidium, ex homicidio deſperatio. Inceri, auct.

Venite, occidamus eum. Gen. 37. 20. Non omnium conſilium hoc fuit. Salvianus hæc verba tribuit Simeoni, & Levi. Cur hi de nece fratris cogitant? magnam eadem perpetravit in Sichem; ex aliorum occiſione pejus lapſi. Sylveira in Apoc. 9. 18.

Nullum ſacrificium dederit veſtigium, ſed ſimili mactis, & ſqualore corporum. Gen. 41. 21. Quia vitia nunquam ſaturantur, ſed ſemper ſui famem patiuntur. Hugo Card. hic. Comedant, & non ſaturabuntur. Ol. 4. 10. Cùm unus eſſet vitulus, venter eorum, id eſt, Infernus, impleri non poteſt. Id. ib.

Hi ſunt dii tui Iſrael. Ex. 32. 4. Cùm unus eſſet vitulus, cur ait: hi ſunt dii tui? Quia hoc eſt peccatum ingenium, ut nunquam unum idolum colant; ſed uno adorato, multa colant, & pluribus vitis ſubjaceant. Ita obſervat Chryſoſt. hom. 5. de poenit. Pinna Ethol. 200.

Quia non credidit voci Domini &c. 1. Reg. 28. 18. Dixit apprensus poſt mortem Samueli Sauli, ammonitionis ei cladem, & eversionem totius familie. Mirabile eſt; quod cùm plura alia, & atrocia, & majora hoc peccato, admiferit (nam 1. Reg. 22. 18. Octingenta quinque Sacerdotes juſti occidi: urbem Sacerdotalem innocentem Nobe combuſit) ſolus hujus inobedientie meminerit Samuel? Cauſa erat: quia ob illam primam inobedientiam meruit, ut cum Deus è manu ſua dimitteret: hæcque ſuit omnium reliquorum malorum cauſa. Time primum mortale peccatum: quia hoc aliis januam aperit. Diez conc. 2. in feſto nat. B. V.

Pluit ſuper peccatores lagynos. Ps. 10. 5. id eſt, ſinet eos quotidie involvi pluribus, & majoribus peccatis: percutiendo eos cœcitate, & tradendo eos in reprobum ſenſum: quæ aſt poena horrenda, & graviffima Bellarminus hic.

Abſintilla una augetur igitur. Eccl. 11. 34. Sic peccatum, niſi initio extinguitur, majores indies vires ſumit. Pinna Ethol. 200.

Ex Novo.

Si eiecit vas hinc, mitte vas in greges porcorum. Matth. 8. 31. Cùm plura dæmonia ab obſeſſis corporibus depulſerit Dominus, nulla tamen unquam, præter hæc, mitti in porcosrogant, cauſam petit S. Chryſoſt. l. 16. ex verbis Evangelicæ: de monumentis excurrerit. Scilicet dæmones: hi inter putrida cadavera morabantur. Aſſerit ergo putredini cœnum adamabant: unde potius mitti in porcos, quam in alia munda animalia peccabant: faciliè enim ab uno factore, & cœno, in ſimilia pertrahuntur. Sic peccato uni aſſueti faciliè in alia labuntur. Pinna Ethol. 45.

Et iterum negavit cum juramento. Matth. 26. 72. S. Gregor. pec-



ra mali inchoanda: qui fecus facit, in ramis curandis vanè ocepatur. Did. Nyfl. D. 1. Pent. S. 3.

Peribacant filium suum. Matth. 21. 37. Ruitur à minoribus sed majora fecera. Qui servos occidit, domino non parent: injuria à ministris illata inopi, & delicta plebeculæ, desinunt in perditionem imperantium. Oliva t. 1. conc. 6.

Alium occiderunt, alium occiderunt. Matth. 21. 37. A fuste transitur ad telum; & à fervorum cæde fit gradus ad jugulum heredis, & Domini. Non statim cælum fulminat: obdicitur primum, mox micat; tandem cum fragore regum turtesferit. Libavere agricolæ cruore famulorum; quo fuso, cum elementa stare hæctenus sensissent, nullo posse periculo sanguinem hæredis exungi statuerunt. Oliva t. 6. Dom. 2. Quadr.

Nescio quid dicit. Matth. 26. 70. Nota: quia primum ait, nescio quid dicit: secundo cum juramento negat; tertio capit de testari, & jurare. Perseverare quippe in peccato, dat incrementum scelerum. Did. Nyfl. D. 5. Pent. S. 4. Diligenter considera, quod perditus peccator nequaquam repente; sed per incrementa malitiæ, & à justitiæ descensu, huc usque devenit. Prius quippe Christum simpliciter negat dicens: ð homo non sum. Luc. 22. 58. Deinde, ex priorè delicti effectus debilius, cum juramento Veritatem se nescire fateatur: Postremo tanquam sine resurrectionis spe mortuus, sub anathematizatione Dei Filium spernit, & abicit. S. Laur. Justin. de triumph. &c. cap. 9.

Tenuit Joannem & vinxit eum in carcere, propter Herodiadem. Marc. 6. 17. Herodes Joannis sanctitatem miratus, & Herodiadis perverfis instigatus consiliis, nec audent omnino violare virtutem; nec vult nefarius proflus incesta contrahere. Joannem non vult de medio tollere, ne Sanctitatem læserit; sed ligatur confringit; ut aliquid concedat libidini. Cum jus dedit, ut placaret & facultatem concessit ad jugulum. Naxeta in Jof. 7. S. 23.

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Joan. 11. 47. Columbarum is genitus est, timentium Tiberii, quasi accipitris, lanienam. Dubitant de sua fortuna, caventque à Romanis. Cæterum de Christo honorificè loquuntur: multa signa facit. Non carpitur: non accusant. Sed mox audies: expedio, ut unus moriatur: blasphemavit: quid vultis videtur? reus est mortis. Tunc expaunat. Mors hic flagitii est, ut ludat in cultum, quod fascis incautus evolatur: sed eas edet strages adultum, quas nec concepturum illud patasse robusta ætate. A quibus initiis progressa crudelitas Pharaonis? Ex. 1. 11. 16. 22. Oliva t. 6. D. 2.

Crucifige eum. Joan. 19. 15. S. Leo f. 10. de Pass. Dominum Jesum diversis contumelias affici, aut permisit Pilatus, aut justit: ut fatiata iniquitas de innocenti injuriis ulterius non ferviret. Sed pertinax malitia propriis crebescat incrementis; & in quæ obtinuerat jus illufionis, exigebat & mortis.

Ex Patribus, & aliis.

Qui peccata minima devitare negligit, à statu justitiæ non quidem repente, sed paribus totus cadit. S. Greg. 3. p. cur. pass. Apud Paolerti D. 6. post Epiph.

Qui fuit parvuli Babylonizæ? Pl. 136. 9. nascentes male cupiditates. - Quando nascitur cupiditas, antequam robur faciat adversum te mala consuetudo; elide illam, cum parvula est. S. August. in Pl. 136.

Nunquam in majora incidemus peccata, si à parvis nobis caverimus. S. Chryl. hom. 11. in Gen.

Nihil facit adeo inveterare, ut natura peccati. Quando ergo à peccato inveteraveris, renova te ipsum per poenitentiam. S. Chryl. in Pl. 6.

Primum tibi importabile videbitur aliquid; processu temporis judicabis; non adeo graves Paulò post & levessies; Paulò post etiam delectabit. Ità paulatim in cordis duritiam iur, & ex illa in averfionem. S. Bernardus l. 1. de confid.

S. XV.

Peccatorum poenæ.

Num. I.

In Genere.

ET misit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis, ut operaretur terram. Gen. 3. 23. Justit Deus Adm è regione paradisi agere, ut pristinam vitam, dolore carentem, revocans in memoriam, odio proficeretur peccatum, tamquam autorem laboriosa vita. B. Theodoretus q. 40.

Tullus ultio Sephora acutissimam petram. Ex. 4. 25. Vide prudentiam Sephora inter Angeli minas. Illa cum viderit: aditum poenæ ferrum in virti pectus; non expalluit, non flevit, non ejulavit; sed ad remedia confugit: ut calamitatem evitaret, non Angelum orat; sed reatus fontem obstruit filio circumfiso. O sapientem feceminam! quæ cito didicit, erumnam nostram scaturiginem in nobis esse. Oliva l. 3. Strom. S. Occurrit ei Dominus &c.

Cessavitque plaga. Num. 25. 8. Hec est septima plaga, quæ in hoc libro Num. Hebrais, ob peccata, immiffa narratur. Prima fuit in sepulchris concupiscentiæ. Num. 11. 33. Secunda in Core &c. Num. 16. 33. Tertia ibidem v. 35. Quarta die sequenti. Num. 16. 41. Quinta Num. 21. 6. Sexta die v. 4. Septima v. 8. Cornelius in Num. 25. 8.

Poenite Uriam ex adverso belli, usque fortissimum est prælium. 2. Reg. 11. 15. Pudoris vis miranda lamina suffusi cruoris: quam ut David evaderet miriffimè licet mentis, Uriam tamen telis hostium object: timuit enim, ne in suum probum tumeret Bethsabeæ uterus. Ergo alienum effundi, quam suum suffundi sanguinem maluit. Ne haberetur adulter, fit David facarius: & roboris, asperfonem cruore alieno tegere voluit. Oliva t. 2. Dom. 1. Quadr.

Tu facisti abscondere. 2. Reg. 12. 12. 14. Agnosce reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, poenitet; gemmas regis abdicat, purpura exiit, torum regem cum ornatis suis abicit &c. Et tamen rex tanti nominis; sanctitate major, quam potestate; prerogativis metitorum antecessantium supereminens; cum tanto habitu supplicat, non evadit. Salvia. de Provid. Dei l. 2.

Occupatio magna evata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam. Eccl. 40. 1. Bellarminus l. 6. de amiffione gratiæ c. 15. decem miseras, quasi poenas humane naturæ; ob peccatum originale inficitas recenset. 1. est ignorantia in mente. 2. malitia in voluntate. 3. concupiscentia. 4. calamitas, labor, & dolor in corpore. 5. mors. 6. ira Dei. 7. carpititas sub diabolo. 8. lites, rixæ, seditiones, & bella. 9. inimicitia, & rebellio bestiarum. 10. omnia mala, quæ è Cælo, terra, mari, vel antè prævifa, vel omnino inopinata hominibus accidunt. Cornelius hic.

Ego video volantes volans. Zach. 5. 2. Sept. ego video falcem volantem. Quam visio hæc sibi contraria! quod volumini cum falce? Ad primum abelant Academiæ, ut ad fontem uberum scientiarum; ab altera docti, & indocti, festubrahunt, ut instrumentum mortis. Qui ergo visio liber simul fuit, & ferrum? Hieron. pugnantia jungit in cap. 5. Volumen volans ostenditur, in quæ omnia peccata descripta sunt; ut unumquodque recipiat secundum opera sua. q. d. qui dicit, Zachariæ falcem visam, declarat effectum scelerum; liber causam poenarum. Oliva t. 1. conc. 15. die Ven. 2. heb. in Quadr.

Num. II.

Peccata tradunt hostibus.

Depopulati sunt urbem in ultionem supra. Gen. 34. 27. Miror necari civis urbis integræ à paucis viris; sed scelerati erant. Ifidorus Pelusota l. 1. 294. injuria hostium obicit auxilium. Scio, quo murorum septo munita perferat civitas. Il. 5. 4. 14. in justitia fundaboris. Vellofo in Judith. 5. 19.

Cuius feminas raverastis? nonne ipsæ suæ, quæ deceperunt filios Israel. Num. 31. 15. 16. Quid doli fuerit, quæ Balac contra Israel, ut vincatur? mirit meretriculas. Theodoretus q. 45. ut propter impietatem, divino denudati auxilio, faciliores capu herent. S. Chryl. hom. 14. ad pop. quos ama, & equi, & milites, capere non potueris; hoc peccati natura vincio hostibus tradidit. Vellofo in Judith. 5. Paræn. 39.

Judai, quotiescumque deos alienos coluerunt, à Deo castigati, hostibus objecti, & servituti objecti sunt: quoties autem poenituerunt; Deus egrorum ducem sup pedavit, qui eos ab hostibus liberaret; quod intra quingentos annos, cum sub Judicibus essent, septies illis evenit, &c. Stengelius 3. d. v. Judic. c. 60.

Novi fuit, qui insularet populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. Judit. 5. 17. Deum offendens coram hoste stare non potest. Vellofo hic Paræn. 40.

Non crediderunt reges terra. Thren. 4. 12. Quamdiu hæc civitas vallata fuit auxilio Dei, & munita præsidio angelorum quando fuit in ea iudicium, & justitia; quando virgultem replebat bonis: nullus regum credere poterat, quod ingrederetur hostis in ea: quia confortaverat Dominus seras portarum eius. Psalm. 147. 2. & posuerat fines ejus pacem. Cum autem ipsi averfi sunt ab eo, cujus beneficio muniabantur; recessit ab eis omne præsidium Dei, & facti sunt inter hostes præda. S. Paschasius hic.

Non ab extraneis est nobis, quam à nobis ipsis majus, periculum. Intus est adversarius, intus author erroris, &c. S. Ambrosius hexam. l. 1. c. 8.

Num. III.

Peccatorum poenæ seræ. Peccatum ipsum sibi poenæ.

Scyphus, quem furati estis, ipse est pessimum rem fecistis. Gen. 44. 5. Josephi fratres intones erant, cum in carcerem mittendi traherentur ex itinere, quod scyphum argenteum fuissent furati. Sed furtum longè gravius commiserant: nam ipsum fratrem suum parenti furati sunt. Et hoc furtum ante annos vi.

viginti, & aliquot, commissum, vel serò tandem fuerat puniendum. Drexelius Gynin. Pat. p. 1. c. 6. §. 9.

Ergo erravimus à via veritatis. Sap. 5. 6. Robertus Holcot: non dicunt: ergo hic in ætenuum puniunt; sed erravimus. Quia ipsum erratum poena est, qui timore poenarum Christum perdidit; & quod triennio jugiter, ac dolenter; ut scribitur, cum summa poenitentia lamentatione planxerunt. q. d. eorum peccatum abundè nunc illo plectuntur, quod ex gloria, & voluptate desituti sunt; quam haberent, si rectè egissent, & diuturno nunc vili errati; dolore torquentur. Did. Nyfl. D. infra octav. Ascens.

Intrinsicam poenam malefactor pertulit, dum deliquit: cum eo ipso quicquæ puniatur interitus, quo consentit facere, aut pericit facinus. Sim. Cass. l. 15. de just. Christ.

Num. IV.

Peccatum poenæ sequitur impleta mensura.

Necium complexa sunt iniquitates. Gen. 15. 16. Vas fictile vacuum super aquas constitutum; cum vacuum est, & semiplenum, non absorbetur ab aqua, sed superatur; & jam huc inclinatur, jam illuc: cum impletum, descendit. Impleta mensuram patrum vestrorum. Matth. 23. 32. Oforius Domin. 5. Epiph.

Necium complexa sunt iniquitates Amorrhæorum. Gen. 15. 16. Dilce, gratiam Dei esse, ubi cito peccata puniunt: alias enim augetur cumulus poenæ. 2. Deum impios, & Republicas, tollerare ad certum terminum; quem transgredi non possunt sine Dei punitione. Corn. hic.

Va genti peccatrici, populo gravi iniquitate. Il. 1. 4. Sept. populo pleno peccatis. S. Cyrillus l. 1. in Il. in cumulo, ac plenitudine, suorum peccatorum hæserunt. Quod etiam Christus illis dixit Joan. 8. 24. moriemini in peccatis vestris. Etenim expleverunt & ipsi mensuram patrum suorum. Ad aliquod enim tempus, & mensuram, tulit Deus contemptum delinquentium: cum autem ad plenitudinem peccati pertigerint, supplicium irrogat. Arcones hic.

Appropinquavit finis noster. Th. 4. 18. Completi dies planguntur; quia compleverunt illi scelera, & mensuram patrum suorum: qui dies peccandi cum completi fuerint, venit finis. S. Paschasius hic.

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convertam eum. Amos 1. 3. Illud sentire nos convenit: tamdiu unumquemque à Dei patientia sustineri, quamdiu nondum suorum peccatorum terminum, sinemque compleverit: quo consummato cum illic percuti; nec ullam illi veniam jam reservari. S. August. de vita Christiana c. 3.

Hæc est amphora egrædienti. Zach. 5. 6. Amphora est mensura peccatorum; quæ completa Deus ea castigat. Oculis omnium impiorum in eam respicit: quia impii non nisi ad suas cupidias, & scelera, respiciunt. Itaque eam sensim implent, quæ impleta talento plumbi ipsa obtegrit. Quo significatur gravis Dei ultio, quæ impietatem amphoræ, id est, mensuræ, poenarum culpis parium adæquat, & includit. Cornelius hierogl. hic.

Confisum peccasse eum Angelus Domini. Act. 12. 23. Cur solus Herodes tam rigidè punitur? & non etiam illi, qui applaudentes dicebant: illius voces non esse hominis; sed Dei? Oecumenius: utrique fane supplicio degni erant: verum, cum nondum tempus fit iudicij; is punitur; qui maxime obnoxius est crimini. Herodis scelerum mensura impleta erat, ut Dei iram concitaret; non illorum. Sylv. hic q. 22.

S. XVI.

Peccati feditas.

Vlbi Dominum sedentem super solium excelsum. Il. 6. 1. Mox clamat: va mihi quia tacui: quia vir pelluris labiis ego sum. v. 5. Luce cælesti donatus nihil prius, quam peccatorum feditatem videt, ut ad poenitentiam excitetur. S. Greg. Naz. or. 7. Haia, priusquam Domini lucem conspexisset, nihil hujusmodi loquitur; nec animo languet &c. Postea verò quam hæc vidit, velut seipsum agnosces; & miserum, inquit, quia compunctus sum. Elcob. tr. 3. Coll. Chr. l. 5. sect. 1. obf. 1.

Demigrata est super carbonem facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Th. 4. 8.

Aminabilem fecisti decorem tuum. Ezech. 16. 25. Er ecce vir plenus lepra. Luc. 5. 12. Morbus lepræ designat rectè peccatum mortale: quia, sicut lepra inficit, & deformat carnem; sic peccatum maculat, & deformat animam. S. Bonav. hic. Nulla lepra deterior, quam peccatum est. S. Chryl. hom. 3. in ep. ad Titum.

Sicut virtute nihil prius, sic improbitate nihil turpius, atque obsecro est: illa enim sole splendorior est; hæc fetidior egrò. S. Chryl. hom. 28. in 2. Cor.

Et P. Spanner Poly. Tom. II.

Mihi servus est, quisquis turpiter, ac flagitiosè vivit. S. Greg. Naz. in nobilem malè moratum.

O quam gravis esset illi mulieri infirmitas, per quam sic deformaretur, ut à patre non cognosceretur, à sponso contemneretur, & vilissima à tota sua vicinia haberetur. Talis est anima infelix, deformata per culpam; quæ à spiritali Patre non cognoscitur, à sponso Christo contemnitur, & vilis à sanctis omnibus reputatur. S. Bonav. l. 122.

Peccante nil est tertius; nil tam leprosum, aut putridum: cruda est cicatrix criminum, oleque ut antrum Tartari. Prudentius Poeta Christianus hymno de S. Laur.

S. XVII.

Peccatum pungit, gravat &c.

Num. I.

Comparatur spina.

SPINA est omne peccatum: quia, dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. S. Greg. mor. l. 10. c. 12.

Rosa illo tempore sine spina fuit: nam postea pulchritudini ejus adjuncta fuit: ut esset videlicet voluptatis sollicitudo contigua, reminiscens nobis peccatum; cujus gratia dumos, & vepres, generare terra damnata est. S. Basil. Cæsar. hexam. l. 5.

Spinz, quæ pedibus infixæ, non solum retinent, retardantque; verum etiam enecat, peccata sunt; à quibus durities calcetorum defendit, continentissima videlicet, tenuis, ac dura vita. S. Greg. Nyfl. l. de vita Moyfis.

Spinz peccata designant; quæ animam pungunt, ac lacerant: nam & propter peccatum homini date sunt, dicente Domino ad Adam: cum operatur spinas, & tribulos, germinabit tibi. S. Rup. in Joan. c. 19.

Num. II.

Peccati amaritudo.

Radix germinans fel, & amaritudinem. Deut. 29. 18. Peccatum, & averfo à Deo, hic dicitur fel, amaritudo, &c. quia lethaliter fauciat animam; quia eam amaricat per remorsum conscientie. Corn. hic.

Amara potio. Il. 24. 9. Potio peccati est amara. 1. propter conscientie remorsum. Prov. 5. 4. novissima illius amara, 2. propter mortis metum. Eccl. 4. 1. ð mors, quam amara est memoria tua. 3. propter divinæ dulcedinis defectum. Jer. 2. 19. scito, & vide, quia malum, & amarum est; reliquise te Dominum Deum tuum. 4. propter poenitentia planctum. Il. 38. 15. recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ. S. Thom. Aqu. hic.

In sella amaritudinis, & obligatione iniquitatis, video te esse. Act. 8. 23. Dixit S. Petrus Simoni Mago.

Accipe librum, & devora illum: & faciet amaritari vestram tuam, sed in ore tuo erit dulce sanguinem mel. Apoc. 6. 109. 90. Cùm Evangelista vir magnæ sanctitatis esset, improba facta per experientiam non gustaverat: verum ubi librum, qui inprobortum, & nequam hominum, facta continebat, devoraverat; edocfus est, dulcedinem, quam peccatum initio offert; post opus patratum in amaritudinem, id est, in penam, & cruciatum, verri S. Andreas Cæsar. f. 10. hic.

Recolite, recolite, & sedula mente pensate; quam sit amarum, ab ipso separari, cui vos promissistis, ac nupistis; cui vos in omni sanctitate vovistis. S. Bern. tr. de lamentat. B. Mariæ.

Num. III.

Venenum.

Habit mulier illa poculum aureum in manu plenum abominacione. Apoc. 17. 4. Quicumque enim per pulchritudinem, & delectationem, creaturarum allicitur ad peccatum; quasi de auro bibit venenum. S. Bonav. l. 2. D. 3. Pent.

Morsus serpentium peccata sunt, quibus plagatum est humanum genus; ex quo primum hominem per serpentem decipit diabolus. S. Rup. l. 3. in c. 3. Joan.

Scorpio ore lingit, brachio stringit, & demum cauda pungit. Sic mortalis culpa primo delectat, deinde illaqueat, demumque per remorsum conscientie pungit. S. Bernardus l. de tripl. an. situ.

Ante rectum hominis nil noxium terra protulit, nullam herbam venenatam, nullam arborem sterilem: cum manifestè dictum sit, quod omnis herba, & universa ligna, data sint hominibus, ac volatilibus; terræ quoque animalibus cunctis in escam. V. Beda l. hexam.

Q

Num. IV.